Actum in Curia Regia Branscen. feria Sexta post Dominicam Iubilate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono.

M. Caionet Branscen Zasy donatio.

Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparens Magnificus Procopius in Klwczow Leszniowski Castellanus Podlachiae Nemoricen Capitaneus Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Magnifico Francisco Ioanni in Klwczow Leszniowski Capitaneo Branscen filio suo legitimo qui in locum officij sui quo ad eum Actum tantum attinet Generosum Albertum Grzymała Kraszowski Terrae Bielscen Pincernam substituit. et ijs Tunc praesentati Totam et integram sortem suam bonorum Omnium Mobilium et immobilium in Capitaneatu Zasy consisten. a diversis personis perpetuo quaesitam et obligatam ac alio quovis modo et iure titulo se recognoscen. spectan. in Areis [illegible] agris pratis campis sylvis borris [illegible] Aedificijs fluvijs fluminibus stagnis piscinis Lacubus [illegible] paludinibus et generaliter cum Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinen. et pertinen. ex eisdem bonis quovis modo antiquitus provenientibus Nec non cum Omni iure suo dominio proprietate propinquitate ac titulo haereditario Nihil sibi excipiendo sed prout se eadem bona in suis metis et limitibus habent et extendunt et prout praefata bona solus tenuit habuit et possidebat pura Mera Syncera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cui iam ex nunc Intromissionem realem cum Actuali ac pacifica possessione per Ministerialem et [illegible] eius officio accipiendam dat et admittit. Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum Magnificum Capitaneum Branscen. filium suum evictione praemissionem ab Omni impedimento undecunque quarumvis personarum propinquarum et aemulantium utriusque sexus status et conditionis cuiusvis existen. per et ultra Omnes [illegible] quoties quoties opus et necesse fuerit tueri defendere evincere [illegible] propria et per submissas personas non impignare sub damnis [illegible] simpliciter taxatis et evincendis. Et coram quovis Iudicio et officio [illegible] in primis [illegible] termino peremptorio responsione Omnibus

[illegible]

Contijs

Controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus quibusvis
vel Motionibus applicationibus ac earum executionibus aliisq[ue] in Universum
iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure com- 9/11
petentibus se et suos successores [?] abscribendo et abrenunciando. Sub
amissione sua et suorum successorum totius et integrae causae.

Eiusdem Magnifici Capitanei Bran-scen[sis] et M. Sapiezanka Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Capitaneal[ibus] Capitaneatus Branscen[sis] personaliter comparens
Magnifica Catherina Woynianka filia olim Magnifici Mathiae
Woyna Thesaurarii Magni Ducatus Lituaniae consors vero Magnifi-
ci Procopii in Kloczow Lesniowski Castellani Podlachiae Nemo-
ricensis Capitanei cum eiusdem Magnifici Mariti sui tunc [?]
coniugalis personali assistentia et consensu spontaneo sana mente et
corpore existens palam publice ac libere verbisq[ue] per expressis recogno-
vit. Quia Magnifico Francisco Joanni in Kloczow Lesniowol-
ski Capitaneo Branscen[si] qui in locum officii sui quo ad eum actis
tantum attinet Generosum Albertum Grzymek Krasowski Terrae Drohi-
cien[sis] Pincernam subdelegavit et Magnificae Annae Sapiezanka
coniugi eius filiae autem [?] cum olim Generoso Casimiro in Ol-
szany et Dubno Sapieha Capitaneo Nemoricen[si] primo Marito genitae
et eorum successoribus de omni iure suo super Palatium et Lapideam
Muratam in Urbe Sacrae Regiae Maiestatis Lublinen[si] Atriisq[ue] eiusdem
subiectis tam in Atriis et Curiis in Urbe Varsavien[si] habito quan-
tum pro interesse suo et iure quocunque spectat cum omnibus in genere et
singulis in specie utilitatibus commoditatibus proventibus censibus structuris sup-
pellectilibus [illegible] accepta sua sufficienti satisfactione cedit dat
donat inscribit et assignat perpetuo. Quibus iam ex nunc
Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministeriales et Nobi-
les seu officia competentia officii acceptandi quo ad fundum atti-
net Lublinen[sis] et Varsavien[sis] dat et admittit. Praesentem
inscriptionem ex his Actis authentice acceptam tam ad Acta Lubli-
nen[sia] quam Warsavien[sia] in sui absentia eisdem transferre et inscri-
bere consentit Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Twarozki — Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus Capitaneal[ibus] Capitaneatus Branscen[sis] personaliter comparentes [?]